

alienis. Alioquin inquit: ¹ debueratis de hoc mundo exisse, si commisceamini fornicariis hujus mundi, sine Deo.

Canones concilii Africani.

1. c. 8. verb. *Ut sacramenta.* (cod. Ambr.) Quia hoc ab antiquo usu adhuc aliqui agebant auctoritate Domini nostri Jesu Christi, qui post cibum perceptum tradidit panem et calicem in mysterio corporis et sanguinis ejus, quod Paulus apostolus contradicit: Alius quidem esurit, alius autem hebruius est.²

2. c. id. verb. *celebratur.* (cod. Ambr.) Quod sola Affrica tunc in usu habebat extra ceteras aecclesias.

3. c. 10. (cod. Mon., Ambr., Vercell.) Debet enim presbyter injungere^a penitentiae leges sine aliquo respectu personae aut causae,³ sed^b tempora^c paenitentiae et reconciliationis episcopi arbitrio concedit,^d sine periculo aut necessitate.

4. c. id. verb. *necessitate.* (cod. Mon., Ambr., Vercell.) Id est aut hostili imminente periculo aut infirmitate.

5. c. 17. verb. *purgatus.* (cod. Ambr., Vercell.) Id est comprobatus^e ab accusatoribus vel sacramento, ut Romana sedes agit.¹

6. c. 39. verb. *sacramentis.* (cod. Mon.) Id est baptismatis.

7. c. id. verb. *sacramentorum.* (cod. Mon.) Corporis et sanguinis Christi.

8. c. 46. verb. *eorum.* (cod. Mon.) Id est amicorum vel collegarum.

^a *inungere* Vercell.

^b *Add. ejus* Ambr., Vercell.

^c *Add. aut* Ambr., Vercell.

^d *concedat* Vercell.

^e *In comprobatus* Vercell.

¹ 1. Cor. 5. 9, 10.

² 1. Cor. 11. 21.

³ Vgl. conc. Paris. a. 829 L. I. c. 32 med. *Sacerdotes porro, qui aut muneris aut amoris aut timoris aut certe favoris causa tempora modumque poenitentiae ad libitum poenitentium indicunt, audiant, quid dominus per Ezechielem prophetam terribiliter dicat* rel. Ibid. circa fin. *Presbyteri etiam imperiti solerti studio ab episcopis suis instruendi sunt, qualiter et confitentium peccata discrete inquirere eisque congruum modum secundum canonicam auctoritatem poenitentiae noverint imponere.*

⁴ S. u. Excurs III.